

9446
1773, 66.
21

EXERCITATIO IVRIDICA *Observationes Singulares*

CONTINENS

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MARTISBURG. CAPITVL.
CVRIA IN PROVINCIA SUPREMAE NEC NON FACVLT.

IVRID. ASSESSORE ET ACADEMIAE
DECEMVIRO

I N A V D I T O R I O I C T O R V M

D. XXI. IULII MDCCCLXXIII.

P V B L I C E D E F E N D E T

S A M V E L G O T T F R I E D M O S I G

N O S T I T Z. L V S A T.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A

EXERCITATIO LITERARIA
OPUSCULUM SIGNIFICATUM

CONTINENS

POEMATA

VERSATRIS SCOTORUM ORDINES VICTORIATE

PRAECEPTE

D. FRID. GOTTHILFII ZEPELIO

COD. MS. 9. 8. 6. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

CHARACTERES INSTITUTIONES ET ALIAS RERUM

LAUDI VITAE SORORIS ET ALIAE

DISCOURSES

IN VARIATIONIBUS MOTU

ET ALIAS MUSICALIS

PIECAS ET ALIAS

SACRAE GOTTHILFII HOGIG

CHARACTERES ET ALIAS

LITERATURA

ALIAS INSTITUTIONES ET ALIAS



OBSERVAT. I.

*Illis qui militiae causa absunt prae scriptio num-
quam nocet.*



Fauorem militiae exemptionem a iure communī
efficere, nullus qui legum principia tenet, in
dubium vocabit. Condunt enim milites testa-
menta, non obseruato testium numero, quem quilibet,
cui testamenti factio competit, obseruare tenetur. Prae-

A 2

terire

terire possunt liberos, nec timent actionem, quam illi, qui a legitima legibus determinata tali modo exclusi sunt, instituunt, et ultimam infringunt voluntatem. Pariter militia eos securos reddit contra praescriptionem, quam Praetor, aequitatis Iudex tollit, et etiam si sit perfecta, beneficio restitutionis in integrum rursus rescindit. Quapropter teste VLPIANO l. i. pr. ff. quib. caus. maior. iustissima est causa edicti Praetoris; laesum enim ius per id tempus, quo quis reipublicae causa operam dabat; vel aduerso casu, laborabat, corrigitur, nec non et aduersus eos succurritur, ne vel obsit, vel prospicit, quod euenit. Hoc edictum, licet Praetor generaliter absentiae faciat mentionem, nonnullos tamen interpretes commouit, ut distinctionem adhibendam existimauerint, inter praescriptionem longi, et longissimi temporis. Quo iure hoc fieri possit, videamus. Aduersus praescriptionem longissimi temporis beneficium Praetoris, quod restitutione tribuit, non valere adserunt. Ad probandam veritatem diuersa argumenta profertur. Prouocant potissimum ad differentiam inter annalem et tricennariam praescriptionem, quod illa nempe a die scientiae, haec vero ignorantia quoque currat, quod confirmant verba CONST. El. IX. P. II.
so haben sich doch unsere Verordnete dahin verglichen, dass die restitutio etiam ob iustum ignorantiam, wenn es über dreyzig Jahr und Tag ist, nicht statt haben, noch darauf gesprochen werden soll. Aliud argumen-

5

mentum praefat causa minorum, contra quos prae-
scriptio triginta annorum locum obtinet, ait enim
Imperator l. 5. C. In quib. caus. in integrum. Sed
humanius est, latius eandem legis interpretationem ex-
tendere, in omnibus casibus, in quibus vetera iura cur-
rere temporales quidem praescriptiones aduersus mino-
res concesserunt, per in integrum restitutionem autem
eis subueniebant, eas ipso iure non currere, melius enim
est intacta eorum iura seruari, quam post causam vul-
nerataam remedium quaerere: videlicet exceptionibus tri-
ginta vel quadraginta annorum in suo statu remanenti-
bus. Cum itaque minoribus, qui tamen non exi-
guum prometentur fauorem, leges contra praescrip-
tionem tricennariam minime succurrant, nec militi-
bus hac in parte subueniendum esse, plerique colli-
gunt, cum horum conditio, conditionem minorum,
quos aetatis fragilitas defendit, non superet. Sed
re melius perspecta, contrariam sententiam veriorem
esse censeo: Verba enim editi Praetoris l. 1. ff.
ex quib. caus. mai. Si cuius quid de bonis, cum is
metu, aut sine dolo malo reipublicae causa abeasset etc.
generaliter probant, absentiam reipublicae causa pro-
mereri restitutionem in integrum, hinc VLPIANVS
l. 140. ff. de Reg. Iur. absentiam eius, qui reipublicae
causa abeasset, neque ei, neque alii damnosam debere esse,
disponit. Ad eorum vero numerum pertinere mili-
tes, nemo facile in dubium vocabit, dummodo si

dem habeat VLPIANO, qui l. 7 ff. ex quib. caus.
 maior milites Romae militantes, pro reipublicae causa
 absentibus habet. Defendit quodque causam militum
 l. 8. C. de restit. milit. Sancimus dicit Imperator, his
 solis, qui in expeditionibus occupati sunt, ea tantummo-
 do tempora, quae in eadem expeditione percurrunt, tam
 in exceptionibus declinandi, quam in petendis in inte-
 grum restitutionibus, eis opitziali. Hinc VALERIAN,
 et GALLIEN. l. 6. C. d. t. illis, qui militaribus labo-
 ribus operam dant, aduersus distractiones rerum, cre-
 ditoribus oppignoratarum, restitutionem tribuit, ob-
 lato debito, vel pretio, si minus debito fuisset. Ob-
 stare nobis grauter videtur l. 3. C. de Praescript. tri-
 ginta vel quadragint. annor. in qua Imperator expres-
 sis iubet verbis, quod contra praecriptionem triginta
 annorum, non sexus fragilitas, nec absentia, nec mi-
 litia defensionem promereatur, coque ipso militibus
 aduersus praecriptionem longissimi temporis restitu-
 tionem denegat. Sed ne corrut causa nostra, ad re-
 gulas interpretandi est confugiendum. Determinat
 nempe Imperator, quod omnes actiones, quae mino-
 ri tempore non sunt limitatae, triginta annorum prae-
 scriptione tollantur, et insimul vti Accursius notat,
 probat, quod, post elapsum hoc fatale, ignorantia
 nemini etiam si ad sexus imbecillitatem, absentiam aut
 militiam prouocet, prodesse debeat. Excludit itaque
 lex militem non penitus a beneficio, quod ipsi le-
 ges

ges concedunt, quod Accursius ad hanc legem sublit. r. demonstrat, sed tantum probat, ignorantiam eisdem minime prodeesse. Exinde distinguendi sunt causus, aut miles reipublicae causa abest, aut extra patriam militaribus laboribus operam dat. In illo, cum absentia reipublicae causa concurrat, restitutio in integrum ipsi prodebet, ast in hoc, cum ob utilitatem patriae, militiam minime gerat, cessat beneficium, nec ignorantia, cui alias axioma iuris: agere non valenti nulla currit praescriptio, adficit, attentionem meretur; clausula enim Praetoris, si quae alia mihi iusta causa videbitur, ex interpretatione *V L P I A N I l. 26. in ff.* Ex quib. caus. maior. tantum illi, qui ex necessitate, non vero ex voluntate absfuit, patrocinium praefstat.

OBSERVAT. II.

Militia domicilium mutat.

Bene quidem scio, nonnullos in ea versari opinione, quod militia non mutet domicilium, quoniam miles missiōnem quando imperat, et domum reuer-titur, a patre accipit alimenta, eiusque potestati subiectus remahet. Ast ratio, qua vtuntur, decisionem non efficit generalem, sed tantum suppeditat exceptio-nem, si nempe miles, imperata missione, ad patrem reuer-

revertatur. Optimam huius rei decisionem efficit *I. 23. §. 1.*
ff. ad Municip. quae distinguit, vtrum miles in patria adhuc
 aliquid possideat, nec ne. In priori casu domicilium
 originis retinet, nec militia mutationem domicilii effi-
 cit, in hoc vero miles domicilium ibi habet, vbi me-
 ret. Nec obstat casus, quem *MENKEN in Pand.*
lib. V. tit. 1. §. 28. ad defendendam sententiam profert.
 Vidua enim militis, qui tanquam capitaneus in Mosco-
 uia commorabatur, et ibi decedebat, portionem tertiam
 ex statuto Lipsiensi ideo consequebatur, quia maritus
 bona in vrbe Lipsensi possidebat, et igitur ex disposi-
 tione legis citatae, domicilium retinebat.

OBSERVAT. III.

*Agnatio posthumi testamentum militare non
 rumpit, dummodo testator sciuerit vxorem
 esse praegnantem.*

*I*s, qui post mortem patris nascitur, et quem propri-
 e posthumum vocamus, nec non ille qui post conditum
 testamentum in potestatem testatoris redigitur, ef-
 ficit, vt ultima voluntas penitus corruat: testamentum
 enim iure factum, eo usque valet, donec rumpitur, quod
§. 1. I. Quibus mod. testam. contingit, cum in eodem
 statu permanente testatore, ipsius testamenti ius vitia-
 tur:

tur; Hoc de testamento, quod secundum regulas iuriis communis condimus, nulli dubitatioi expositum videtur, vtrum vero de militari, quod exemptionem a solemnitatibus promeretur, id dici possit quaestio mouetur. Distinguere Doctores solent, vtrum sciuerit testator, vxorem relinquere praegnantem, vel vtrum ignorauerit. In priori casu rumpi non posse testamentum per agnationem posthumus adfirmant, ast in posteriori adserunt **LVDOVICVS lib. XXIX. tit. 1.**
§. 3. LAVTERBACH ad Pand. l. XXIX. tit. 1. §. 21. Ad sensum haec sententia promeretur ex l. 36. §. 2. ff. de *testam. mil.* Ait nempe **PAVLVS Miles in supremis ordinandis, ignarus uxorem esse praegnantem, ventris non habuit mentionem;** Post mortem patris, filia nata, ruptum *testamentum esse apparuit, neque legata deberi.* Ratio ita decidendi dependet a praeteritione, quae intuitu militis vicem exheredationis obtinet, et liberos a querela inofficioi testamenti l. 9. et 24. C. de *inoff. testam.* penitus excludit. Quomodo vero miles, liberos, quorum notitiam non habet exheredes scribere potest, et qua ratione quoefo. colligere poteris, testatorem praeterisse liberos, cum tales habere, ignoraret. Confirmat hanc sententiam Imperator l. 9. C. de *Test mil.* *Sicuti certi iuris est, militem, qui scit, se filium habere, aliosque scripsit heredes, tacite eum exheredare intelligi, ita, si ignorans se filium habere, alios scribat heredes, non esse filii admittum hereditatem, sed minime valente testamento,*

B

ſi

❖ ❖ ❖

Si sit in potestate, eum ad successionem venire, in dubiis non habetur. Obstare huic adserto videtur l. 7. ff. de testam. milit. Qui iure militari testatur, et si ignorauerit praegnantem vxorem, vel non fuit praegnans, hoc tamen animo fuit, ut vellet, quisquis sibi nasceretur exheredem esse, testamentum non rumpitur: VLPIANVS, qui auctor est huius legis, non obseruata distinctione, utrum testator sciuerit, uxori esse praegnantem, nec ne, in genere probat testamentum militare per agnationem posthumum, minime pro rupto esse habendum eoque ipso decisionem PAVLI, l. 36. §. 2. quam Imperatoris l. 9. C. de testam. milit. tollere videtur. Sed nihil inest legi, quod antinomiam moueat. Vtraque etenim lex de diuerso differit casu; quod Accursius optime notat. Lex scilicet 36. §. 2. ad quam respicit l. 9. C. de test. milit. presupponit casum, filium, post mortem patris in lucem produisse, ast effatum VLPIANI l. 7. sicut posthumum, qui post conditum testamentum viuente tamen patre natus fuit. Cum igitur pater, existente partu non correxerit voluntatem, sed morte confirmauerit, recte ait ICTUS animum fuisse, ut vellet, quisquis sibi nasceretur, exheredem esse, et quoniam ut in antecedentibus demonstrauimus, praeteritio respectu militum loco exheredationis habetur, ultima voluntas effectum non amittit.

OBSER.

* * *

OBSERVAT. IV.

*Omnis actiones sunt vel mere reales
vel personales, mixtae vero
non dantur.*

Sane non intelligo, quae causa nos commouere possit, vt existentiam actionis mixtae statuamus, cum leges hac de re plane fileant. Bene equidem scio, Doctorum eam esse sententiam, vt si restitutio fructuum pariter quam damnorum, quae factum inuoluit, in actione reali obueniat, eidem notionem actionis mixtae tribuant, an vero hoc iure dici possit, merito nego. Quod si enim huic opinioni applausum dare velimus, rei vindicatio, cuius fundamentum ex domino prouenit, ad actionem mixtam esset referenda, quod tamen nullus confiteri audebit. Vitium in eo potissimum latitat, quod aduersarii credant, restitutionem fructuum pariter quam damnorum separatum agnoscere fundamentum et obligationem personalem efficere, ex quo fluit, vt quoniam partim ex iure in re partim ad rem prouenire actionem existimant, eandem mixtam nominare soleant. Haec vero notio non solum erronea est, sed analogiae iuris omni ex parte contradicit. Restitutio fructuum et damnorum nunquam separatum efficit iudicium, multo minus separatam

* * * *

tam actionem excitat, sed solummodo est effectus et sequela actionis realis in iudicium deductae. Quodsi enim rem, quam alter iniusto modo detinet peto, sive vindico, restitutio aliter fieri non potest, nisi reus fructus indebite perceptes, restituat, et damna, dole aut culpa data, resarciat. Restituere enim l. 35. ff. de verb. signif. is intelligitur, qui simul et causam actori reddit, quum is habiturus esset, si statim iudicii accepti tempore res ei redditia fuissent, id est, et usucaptionis causam et fructuum. Nec obstat l. 7. C. de hered. pet. in qua Imperator hereditatis petitionem, quae tamen ex consensu omnium est realis, nomine actionis mixtae insignire videtur. Non enim Imperator adserit hereditatis petitionem, quoad fundamentum esse actionem mixtam, sed tantum huic actioni ob fauorem heredis, ne ipsi exceptio praescriptionis longi temporis obstat, spatium triginta annorum, quod regulariter actionibus personalibus competit, attribuit, et cum ad similitudinem actionis personalis hoc fiat, abusus vocabulo mixtae vtitur.

OBSER-

OBSERVAT. V.

Emphyteuta qui ob deteriorationem priuationem emphyteuseos patitur non amittit meliorationes vel expensas, quas ante forsan fecit.

Contractus emphyteuticarius, cum sub hae expressa conditione, ut fundum meliorem reddat emphyteuta, contrahatur, eum producit effectum, ut existente deterioratione culpa vel dolo emphyteutae, priuatione fundi locum habeat. Conuenit hoc vtique naturae pactorum, quae inter contrahentes efficiunt legem, a qua alter in iusto altero recedere minime potest. Sed an hac poena quoque obtineat, si emphyteuta iusto tempore non soluerit canonem, vehementer dubito. Prouocant equidem, qui ita fentiant ad l. 2. C. de iur. Emphyteut. Sed praesidium frustra inuenisse appetet. Verba legis haec sunt. *Sin autem nihil super hoc capitulo fuit pactum, sed per totum triennium, neque pecunias soluerit neque apochas domini, no tributorum reddiderit; volenti ei licere eum a praediis emphyteuticariis repellere, nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum, quae emponemata dicuntur opponendo.* Haec verba si relegeris, inuenies Imperatorem de casu deteriorationis non cogitasse, sed tandemmodo de internissa canonis praeestatione differuisse. Cum igitur poenalia non admittant interpretationem extensiuan,

sed




sed potius strictissime sint intelligenda, non video rationem, ob quam poenam, quae in denegata repetitione meliorationum consistit, ad casum, de quo lex non cogitauit applicare queamus.

OBSERVAT. VI.

*Erronea est Sententia Pontificis, quam c.
fin. X. de loc. cond. circa solutionem-
canonis profert.*

Quod in *c. fin. X. de loc. cond.* Pontifex elapsō biennio emphyteutam ad solutionem canonis ad euitandam poenam priuationis admittat, analogiae iuris penitus repugnat. Omnis enim mora regulariter vel ex lapsu diei vel ex interpellatione hominis oritur. In priori casu debitor elapsō die ipso iure est in mora, et creditor ius sibi exinde competens persequitur. Cum vero nemini inuitato ius quae situm possit auferri, deficit sane ratio ob quam emphyteuta offerendo canonem ante actionem contra ipsum motam, dominum a vindicatione fundi emphyteuticarii, quam ipsi leges tribuunt excludere velit. Nec obstat, quod dominus actionem priuatoriam, nondum institerit, multo minus ex taciturnitate remissionem vindictae colligimus, tacebat etenim quoniam saluo iure tacere poterat, neque id quod ex humanitate fecit ipsi damnosum esse debet.





ULB Halle
003 935 957

3



56.







EXERCITATIO IVRIDICA
Obseruationes Singulares

CONTINENS

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MARTIS BVRG. CAPITVL.
CVRIA IN PROVINCIA SUPREMAE NEC NON FACVLT.

IVRID. ASSESSORE ET ACADEMIAE
DECEMVIRO

I N A V D I T O R I O I C T O R V M

D. XXI. IVLII MDCCCLXXIII.

P V B L I C E D E F E N D E T

S A M V E L G O T T F R I E D M O S I G

N O S T I T Z. L V S A T.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A

